



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

48. Charta commutationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

conventionis chartulam perpetraverunt.
Sig. Decani, Custoris, Præpositi, Cellerarij, Portarij, Camerarij, Hofpitarij.
Sig. aliorum testium. Ego itaque ille roga-
tus scripsi. Notavi diem illum, in illa da-
ta, anno illo illius Imperatoris, sub illo
Comite.

Charta commutationis.

X L V I I I . Omne namque quod inter
partes diversas bonis moribus sanisque
consilii fuerit diffinitum, necesse est prop-
ter jurgia futura subicienda succendentibus
temporibus subscriptionis vinculo conliga-
re. Sic itaque complacuit atque conven-
nit inter illum Abbatem cum advocate
suo seu cenobij illius seu inter alios secula-
res inter illum & illum ut simillas firmatae
parique tenore conscriptas cambij sui
emitterent, quas & emiserunt. Ipsum au-
tem cambium in eisdem firmatis emissio-
nes nominatim visum est nobis inseren-
dum. Deinde namque memoratus Abbas
seu alius cum manu advocati sui jamdičto
homini illo in villa nuncupata juchos & de
pratis ad carradas ad jus pertinens sancti
illius, & accepit ab illo in villa nuncupata
juchos & de pratis ad carradas, ea dun-
taxat ratione ut pars utraque accepta jus
cambitionis deinceps inconvolum & in-
violabile perennibus temporibus absque
ullius inquietudine vel repetitione possi-
deat; siue pari diffinitione sanxerunt ut

si pars quaelibet exin calumniam ingerere,
hoc est, si aut memoratus Abbas seu suc-
cessores ipsius sive jamdičus ille vel illius
heredes aliquam repetitionem moliri ten-
taverint, sit tunc pars parti tantum culpabilis
quantum repetere præsumperit, &
in ararium Regis auri uncias tres cogatur
impendere, sed nihilominus præsens emis-
sio cambij hujus perpetui sui vigoris obti-
neat firmitatem, ita duntaxat Impera-
toris clementiae complacuerit. Actum in
illo loco, præsentibus istis. Signum illius
Abbatis & advocati sui illius. Signum illius
Decani. Signum Præpositi. Signum
Cellararij. Signum Custoris. Signum Por-
tarij. Signum Camerarij. Signum Hofpi-
tarj. Sig. aliorum testium. Ego itaque im-
merens Diaconus anno illo Imperatoris
scripsi & subscripsi. Notavi diem illum,
illam datam, sub illo Comite. Amen.

Constitutio dotis.

X L I X . Dulcissima conjux mea atque
amantissima nomine illo, ego in Dei no-
mine ille. Sumpsit mihi consilium atque
complacuit ut ego te mihi in conjugium
aceperissem, quod ita & feci. Propterea
dono tibi dotem, sicut nostris utriusque
complacuit amicis tibi donare, in pago
illo, in illo loco, in villa nuncupata, id
est, rectam curtem cum sepe circumcinc-
tam &c.

